

**Besondere Prüfung 2020 - Latein als erste
Fremdsprache Freitag, 4. September 2020**

Arbeitszeit: 120 Minuten

Milo – ein Vorzeigerömer

*In seiner Verteidigungsrede für P. Sestius kommt Cicero auf einen gewissen Milo (**Milo, Milonis**) zu sprechen und röhmt dessen vortreffliche „virtus“ als römischer Staatsmann. Diese „virtus“ offenbarte Milo laut Cicero auch in der Auseinandersetzung mit seinem politischen Gegner Clodius. Anstatt auf Clodius' Angriffe mit Gegengewalt zu reagieren, suchte Milo gesetzestreu den Weg vor Gericht.*

1 Quando enim virum tam immortali virtute vidimus? Nullo praemio proposito
2 Milo omnia pericula, summos labores, gravissimas contentiones¹ inimicitiasque
3 suscepit. Qui mihi unus ex omnibus civibus videtur re docuisse², non verbis, quid
4 oporteret a praestantibus viris in re publica fieri: sceleri hominum audacium
5 legibus et iudiciis resistere. Hoc sentire prudentiae est, facere fortitudinis est.
6 Adiit ad rem publicam tribunus plebis Milo. Agebat auctoritate, agebat consilio,
7 agebat exemplo bonorum ac fortium civium. Quid re publica dignum esset,
8 diligentissime cogitabat.
9 Videbat ille gladiator³ se huic homini parem esse non posse, si moribus ageret⁴.
10 Ad ferrum, ad cottidianam caedem, incendia, rapinas se cum exercitu suo
11 contulit⁵. Domum Milonis oppugnare, eum vi lassessere et terrere coepit. Non
12 movit hominem summa gravitate summaque constantia. Sed quamquam dolor
13 animi excellensque virtus fortissimum virum hortabatur, ut vi vim frangeret, tanta
14 moderatio fuit hominis, ut contineret dolorem neque se eadem re ulciseretur, qua
15 lassitus esset. Descendit⁶ ad accusandum.

[149 lat. Wörter]

¹ contentio,-onis f.: Auseinandersetzung

² re docere: hier: durch Taten beweisen

³ gladiator: gemeint ist Milos Widersacher Clodius
hier: Bandit

⁴ moribus agere: hier: sich anständig verhalten

⁵ se conferre ad: sich verlagern auf

⁶ descendere ad: hier: sich entschließen zu